

Los crímenes y la infamia ven ó consideran para el castigo al cuerpo del delincuente; mas las injurias solamente á los bienes.

Culpa est immiscere se rei ad se non pertinenti. Lex culpa. Dig. de reg. jur.

Tiene culpa el que se mezcla en las cosas que no le pertenecen ó no entiende.

Culpa est, tam prohibita discere, quàm docere. Lex culpa similis est. Cod. de malefic. et mathema.

Tiene culpa el que aprende, dice ó enseña cosas prohibidas.

Culpa est penes eum qui prius percussit. Lex si plagis. § tabernarius. Dig. ad legem Aquil.

Tiene la culpa ó es responsable de ella el que primero ofende ó hiere.

Culpa lata dolo comparatur. Lex 1. § sed et si. Dig. si mens. fals. mod. dix. Sed et si negligenter, æquè mensor securus erit. Lata culpa planè dolo comparabitur. Lex quod Nerva. Dig. depositi, vel contra.

La culpa lata se compara al dolo.

Cui licet quod majus est, licebit utique quod minus est. Lex non debet. Dig. de reg. jur.

Al que le es lícito lo que es mayor, le es permitido ciertamente lo que es menor.

Curator furiosi nullo modo libertatem præstare potest. Lex fi. Dig. de cur. fur. Quòd ea res ex administratione non sit. Nam in tradendo ita res furiosi alienat, si ad administrationem negotiorum pertineat.

El curador del furioso de ningún modo puede concederle la libertad. Por lo que no se desprenderá de la administración, porque si la entrega es lo mismo que si enagenara las cosas del furioso, si pertenece á la administración de los negocios.

Cui non conveniunt verba legis, nec legis dispositio con-

veniet. Lex 1. § Hostilius. Dig. ne quis eum qui in jus vocatus est, vi eximat.

Al que no le convienen las palabras de la ley, tampoco le convienen las disposiciones de la misma ley.

## D.

Damnum quòd quis ex sua culpa sentit, sibi debet, non aliis imputare. Cap. damnum. de reg. jur. lib. 6 et lex quod quis. Dig. eod. tit. Quod quis ex sua culpa damnum sentit, non intelligitur damnum sentire.

El daño que cada uno siente por su culpa, á sí debe imputárselo y no á otros.

Damnum is dat, qui jubet dare. Ejus verò nulla culpa est, cui parere necesse sit. Lex is damnum dat. Dig. de reg. jur.

El daño lo causa el que lo manda. Y carece de culpa el que obedece por necesidad.

Damnum et damnatio ab ademptione, et quasi diminutione patrimonii dicta sunt. Lex 3. Dig. de damno infect.

El daño y condenación se toman como una pérdida y disminución del patrimonio.

Damnari nemo sine accusatore debet; unde illud, mulier quis te accusat? nemo Domine. Lex rescripto. § si quis accusatorem. Dig. de munerib. et hono. Si quis accusatorem non habuerit, ab honoribus prohiberi non debet: quemadmodum non debet is cujus accusator destiterit.

Ninguno debe ser condenado sin que preceda la acusación: Y qué se sigue si la mujer es la que te acusa? Si alguno tuviere acusador no debe privársele de los honores que tenga, del mismo modo que no se debe cuando el acusador haya desistido de la acusación que puso.

Damno vel jactura alterius, nemo debet locupletari, lex nam hoc natura. Dig. de condict. indeb. Nam natura hoc aequum, neminem eum alterius detrimento fieri locupletio-rem, unde Cicero lib. Officior. 3. Alterius enim suum augere commodum magis est contra naturam quàm mors, quàm paupertas, quàm cætera quae possunt aut corpori accidere, aut rebus externis.

Ninguno debe hacerse más rico con daño ó perjuicio de otro. Porque por la naturaleza es justo y equitativo que ninguno se haga más rico con perjuicio de otro; por lo que Cicerón dice en el libro de los oficios: "Que el aumento ó acrecentamiento de las riquezas con perjuicio de otro, es mas contrario á la naturaleza que la muerte, que la pobreza y que todos los males que puedan atormentar el cuerpo por las cosas externas."

Damnnum magnum non est in mora modici temporis. Lex si debitori. Dig. de jud.

No hay gran daño por la morosidad de un breve tiempo.

Dare nemo potest quod non habet. Lex nemo plus juris. Dig. de reg. jur. Si igitur dominium in fundo quis habuerit: id tradendo transfert: si non habuit, ad eum, qui accipit nihil transfert, hanc regulam intellige de directa atque immediata translatione.

Nadie puede dar lo que no tiene. Luego si alguno tuviese dominio en un fundo, entregando este fundo transfere el dominio; más si no lo tuviese, nada transfere al que lo recibe: esta regla se aplica á la directa é inmediata transla- ción de dominio.

Dare aliquis potest quod non habet. Lex quod. Dig. de usufruct. et quemad. Quod nostrum non est transferimus ad alium: Veluti is, qui fundum habet, quanquam usufructum non habeat, tamen usufructum cedere potest.

Lex non est novum. Dig. de acqui. rerum domin. Non est novum, ut qui dominium non habet, alii dominium præbeat: Nam et creditor pignus vendendo causam dominii præstat, quàm ipse non habet.

Puede alguno dar lo que no tiene. No es nuevo que el que no tiene dominio pueda darlo á otro. Porque el acreedor de prenda que la vende con consentimiento del dueño, vende lo que él mismo no tiene.

Datum ob causam, causa non sequuta potest repeti. Lex ea lege. Cod. Just. de condict. ob caus. datorum. Ea lege in vos collata donatio, ut neutri alienandæ suæ portionis facultas ulla competeret, id efficit, ne alteruter dominium suum prorsus alienet: vel ut donatori, vel ejus hæredi condictio, si non fuerit conditio servata quaeratur.

Lo que se dá por alguna causa, no siguiéndose la causa puede repetirse ó recobrase lo que se dió.

Debitor invito et ignoranti creditore aliis solvens, se non liberat ab obligatione. Lex invito. Cod. Just. de solutio. Quod si hoc vel mandante, vel ratum habente eo fecerit, non minus liberationem consequitur, quam si iidem creditori solvisset. Lex si debitor. Dig. de solut.

El deudor que verifica el pago contra la voluntad ó con ignorancia del acreedor, no queda libre de la obligación. Mas si el pago lo hiciese al mandante ó éste lo ratificase, no queda menos libre de la obligación, que si el pago lo hubiese hecho al mismo acreedor.

Deceptis et non decipientibus jura opitulantur. Lex ii. § verba. Dig. ad senatusc. Vell. decipientibus mulieribus senatusconsultum auxilio non est.

A los engañados y no á los que engañan favorece el derecho: á las mujeres que engañan no les presta auxilio el senado-consulta.

Decipi non censetur ille qui scit se decipi. Lex 1, § si intelligatur. Dig. de aedilit. edicto. Dicitur solet, scienti non fit injuria, neque dolus. De reg. jur., lib. 6.

No se juzga engañado aquel que sabe que es engañado: suele decirse que al que lo sabe, no se le hace injuria, ni dolo.

Definitio omnis in jure civili periculosa est, rarum est

enim ut non subverti possit. Lex omnis definitio. Dig. de reg. jur.

Toda definición es peligrosa en el derecho civil; porque es raro que no cause una confusión ó trastorne el sentido.

Defensor propriæ salutis, in nullo peccasse videtur. Lex si ut allegas. Cod. Just. ad lex Cornel. de sicariis. Si ut allegas, latrocinantem peremisti, dubium non est, eum, qui inferendæ cædis voluntate præcesserat, jure cæsum videri. Gallienus.

El que defiende su propia vida, no parece que á nadie haya ofendido. Así cuando alegas que diste muerte al que quería robarte, no hay duda que en él habia precedido la voluntad de quitarte la vida, y la muerte que diste parece haber sido con derecho.

Defensor idoneus alienæ litis sine satisfatione nemo intelligitur. Lex qui proprio, § qui alium. Dig. de procur. et defensorib.

No se juzga defensor idóneo en pleito ageno, el que no presta antes caución ó fianza.

Defunctum honorat, qui voluntatem ejus implet. Novel. de his qui nupt. iter. § bene sancimus, const. 22.

Honra al difunto el que cumple ó ejecuta su disposición testamentaria.

Delegatus judex à judice, judicis dandi potestatem non habet, vel delegare non potest. Lex à judice. Cod. de iudicibus.

El juez que no tiene jurisdicción propia, sino delegada por otro juez, no puede concederla ó delegarla á otro.

Delicta non oportet esse impunita. Lex si ita vulneratus. § fi. Dig. ad leg. Aquil.

Es un grave mal para la sociedad que los delitos queden impunes.

Delictum frequens auget pœnam. Lex capitalium, § solent quidam. Dig. de pœnis.

El delito que se repite, sólo se reprime con el aumento de la pena.

Delictum patris filio nocere non debet, quia pœna ipsum delinquentem sequitur. Lex adoptivum. § fin. Dig. de in jus vocan. Secundum quod evenit ut patronus quidem in jus vocetur, filius quasi innocens non vocetur.

El delito del padre en nada debe perjudicar al hijo, porque la pena sigue al mismo delincuente. El patrono es el que debe ser citado á juicio, y no el hijo, cuando es delincuente.

Delicti augmentationem sequitur augmentatio pœnæ. Lex quicumque. § si verò fecundò. Cod. Just. de serv. fugit.

Al aumento del delito se sigue el aumento de la pena.

Delicti venia petentibus datur. Lex Manichæos. Cod. de hæreticis. et Manichæis.

El perdón de los delitos ó la remisión de las penas, se concede en algunos casos á los que lo piden.

Delicta paria mutua compensatione dissolvuntur.

Iguales delitos se desatan por la mutua compensación, es decir, para el efecto de las reclamaciones civiles, como perjuicios é indemnizaciones.

Delicto suo nemo conditionem suam meliorem facere potest. Lex non fraudantur. § nemo. Dig. de reg. jur.

Ninguno puede hacer mejor su condición por un delito.

Delinquens, eo in loco in quo deliquit puniri debet. Lex capitalium. § famosos. Dig. de pœnis. Famosos latrones in his locis, ubi grassati sunt, furca sigendos quàm pluribus placuit: ut et conspectu deterreantur alii ab iisdem facinoribus, et solatio sit cognatis, et adfinibus interemptorum eodem loco pœna reddita, in quo latrones homicidia fecissent.

El delincuente debe ser castigado en el mismo lugar en que delinquirió. A los ladrones famosos se les ha de ajusti-

ciar en los mismos lugares en los que perpetraron sus robos ó crímenes, para que esto sirva de ejemplo y su vista llene de terror á otros de los mismos facinerosos, y sirva de consuelo á los parientes y afines de los asesinados, ejecutando la pena en el mismo lugar en donde cometieron sus homicidios.

---

Demonstratio falsa non perimit legatum, ubi certa quantitas est expressa. Lex 2, Cod. Just. de fals. caus. adject. leg. Lex falsa demonstratio. Dig. de conditioni. et demonstr.

La falsa demostración no suprime el legado.

---

Denominatio à digniori fieri debet. Lex quidquid. § cum partes. Dig. de acqui. rerum dom. Et lex quæritur hermaphroditum. Dig. de stat. homin. Quæritur hermaphroditum cui comparamus et magis puto ejus sexus existimandum, qui in eo prævalent.

Matrimonium tamen non à patre patrimonium, sed à matre placuit appellari matrimonium. Inst. de nupt. in princ. haud dubiè ob eandem rationem, qua dici solet partum sequi ventrem matris, quæ semper est certa: vide Partus. Et facessant ineptiæ commentatorum. in ca. ex literis de conversa. infideli.

El nombre se ha de poner á la cosa por lo que ella tenga más digno.

El matrimonio se tomó, no del padre para decirse patrimonio, sino que agradó más darle el nombre por el cargo de la madre; lo que siempre es cierto porque el parto sigue al vientre.

---

Deperditum intelligitur, quod in rerum natura esse desiit.

Se entiende perdido lo que deja de tener existencia en la naturaleza de las cosas, tomando el sentido en su rigurosa acepción filosófica.

---

Deportatus tanquam peregrinus hæreditatem capere non potest. Lex 1, Cod. Just. de hæred. inst.

El desterrado, lo mismo que el extranjero, no puede ocupar ó tomar la herencia.

Deportati, mortuorum loco habendi sunt. Lex 1, § quidam filium habuit. Dig. de bonor. possess.

Los desterrados ó privados de los derechos de ciudadanía romana, se tienen como si hubiesen muerto.

---

Depositarius, et commodatarius non possident rem apud se depositam, vel commodatam, sed ipse in possessione ejus esse dicitur, qui deposuit vel commodavit. Instit. de interd. § possidere autem. Per eum quoque apud quem deposuerit quis, aut cui commodaverit, ipse possidere videtur. Et hoc est, quod dicitur, retinere possessionem posse aliquem per quemlibet, qui ejus nomine sit in possess.

El depositario y el comodatario no poseen la cosa depositada ó comodada por sí ó en nombre propio, sino que tienen la posesión en nombre del que la depositó ó la prestó; es decir, que la posesión civil la tiene el dueño de la cosa y la sola tenencia material el que la tiene prestada ó en depósito.

---

Delinquere in faciendo minus malum est, quàm in mandando delicta. Lex Julianus, § 1. Dig. de actionibus empt. et vendit.

Es menos malo delinquir cometiendo por sí mismo el delito, que mandarle ejecutar.

---

Derogare legi est cum pars detrahitur. Lex derogatur. Dig. de verb. sign. Abrogare legem est penitus tollere. ibid.

Derogar una ley es cuando se le quita una parte. Abrogar la ley es cuando se quita del todo.

---

Desinit quod non cœpit: et perditur quod non habetur. Lex omnes autem. Dig. usufructuar.

Cesa lo que no comienza y se pierde lo que no se tiene.

---

Desolatis et tristibus est consulendum. Lex 1, Cod. Just. de his, qui ante apert. tabu. hæredita. transmitt.

Á los que están desolados ó afligidos se les ha de ayudar ó favorecer.

Deus omnium est principium, et medium, et terminus. Novell. de mulieribus fide haereticis. Unde convenit, ut et legislationes nostrae exinde pendeant, et eò respiciant, et hoc earum principium simul, et medium, atque finis sit.

Dios es el principio, el medio y el término de todas las cosas. Y es importante que nuestras legislaciones consideren y vean á esto: que Dios sea como el principio, el medio y el fin de ellas.

Deus totius mundi elementa creavit et rerum dispositio in orbem terrarum producta est lege. Lex 1, Cod. de veter. jur. enucl.

Dios crió los elementos de todo el mundo, y la disposición de las cosas en todo el universo fué ordenada con orden y ley.

Deo debetur religio, obedientia verò parentibus et patriæ. Lex veluti, Dig. de just. et jur.

La religión y la piedad se deben á Dios; mas la obediencia á los padres y á la patria.

Deo militans non implicabit se negotiis secularibus. Vide duobus dominis. Lex naturaliter. Cod. de Episc. et cler.

Los que militan por la causa de Dios ó abrazan la carrera eclesiástica, no deben emprender, ni embarazarse con los negocios seculares ó profanos.

Deus omnia dat perfecta. Novell. ne liberti de cætero, in princip. const. 78. Cum omnia nobis bona à magno illo Deo perfecta sint tradita.

Dios lo hace todo con perfección. Así cuanto hay en nosotros de grandeza, de bondad y de perfección, de Dios nos viene.

Deus non vult mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat. Novell. ut qui contra naturam luxuriant, in princip. constit. 77. Præsertim cum Dei erga homines amor non interitum, sed conversionem ac salutem velit, et eos, qui ali-

cubi offenderunt, Deus simul atque eriguntur, et in viam redeunt, suscipiat. Lex imperialis. § nam ita credimus. Cod. Just. de nupt.

Dios no quiere la muerte del pecador, sino su conversión y su vida eterna. Porque el amor de Dios no acaba para los hombres, aunque éstos le ofendan; sino que quiere y les proporciona medios para su salud.

Deus nullam acceptionem personarum habet. Novell. de Monachis., § huic autem, const. 5, cap. novit. de judic.

Para Dios no hay acepción de personas.

Dictum à promisso sic discernitur.

Dictum accipimus quod verbo tenus pronunciatum est, nudòque sermone finitur. Promissum autem potest referri et ad nudam promissionem, sive pollicitationem, vel ad sponsonem. Lex sciendum tamen est, § dictum. Dig. de aedilit. edict.

El dicho se ha de distinguir bien de lo que se promete. Lo dicho lo tomamos hasta la última palabra que ha sido pronunciada y con la cual termina sencilla y naturalmente la cláusula. Mas lo prometido puede referirse ó á una promesa, ó garantía, ó fianza.

Dictis unius affirmantis magis creditur, quàm dictis plurium negantium. Lex diem. in versic. quaeritur. Dig. de receipt.

Al dicho de uno que afirma debe dársele más crédito, que al dicho de muchos que niegan.

Dies dominicus sit à cognitionibus et contractibus alienus, silescat praeconis horrida vox, respirent à controversiis litigantes. Lex dies festus. Cod. Just. de feriis. Vide legem totam.

El dia domingo debe ser extraño á los negocios ó contratos; en este dia debe callar la voz áspera y desagradable del pregonero y respirar los litigantes de sus disputas.

Dies naturalis continet 24 horas, et incipit á media nocte, usque ad mediam noctem sequentem more Romano. Lex more romano. Dig. de feriis. more Romano dies à media nocte incipit, et sequentis noctis media parte finitur. Ita quid-

quid in iis viginti quatuor horis, id est, duabus dimidiatis noctibus et lucet media actum est: perinde est, quasi qualibet hora lucis actum esset.

Según el modo de computar de los Romanos, por día se entiende el período de 24 horas que comienza á media noche y termina á la media noche subsiguiente.

Dies incertus pro conditione habetur. Lex extraneum. Cod. Just. de hæredibus instit.

El día incierto se tiene por una condición.

Dies incertus conditionem in testamento facit. Lex dies incertus. Dig. de condi. et demonstrationib.

El día incierto establece una condición en el testamento.

Die feriato ad iudicium venire nemo compellitur. Lex 2 Dig. si quis in jus voc. Item si nihil intersit actoris, eo tempore in jus adversarium venisse, remittit prætor pœnam: puta, quia dies feriatum fuit. Lex omnes. Cod. Just. de fer.

A nadie puede obligársele á que se presente en juicio en día de fiesta ó feriado. Mas si el actor no se presentase y en este tiempo viniese el contrario al juicio, el pretor eximirá de la pena al que incurrió en ella, por juzgar ser día feriado.

Difficile est ut unus homo duorum vicem sustineat. Lex plures. Dig. de pactis. vide vicem.

Es difícil que el hombre pueda cumplir con dos compromisos por un mismo acto.

Difficile est adsueta et trita reformare. Lex præcipiunt, Dig. de ædil. edict. Præsumptum est enim ea mancipia, quæ rudia sunt, simpliciora esse, et ad ministeria aptiora et dociliora. Trita verò mancipia, et veterana difficile esse reformare.

Es muy difícil reformar las cosas en las que hay usos antiguos y acostumbrados.

Differentia locorum, discrimen vel diversitatem juris non inducit. Lex supervacua. Cod. de tempor in integr.

Lex ideo in arbitrium. Dig. de eo quod cert. loc. Ideò in arbitrium iudicis refertur hæc actio. Quia scimus, quam varia sint pretia rerum per singulas civitates regionésque: maximè vini, olei, frumenti. Pecuniarum quoque licet videatur una et eadem potestas ubique esse: tamen aliis locis facilius et levibus usuris inveniuntur, aliis difficilius, et gravibus usuris.

La diferencia de lugares no trae diferencia ú ocasiona diversidad en el derecho.

Porque sabemos que aunque sean variables los precios de las cosas, según las diversas ciudades ó regiones, principalmente en el precio del vino, del aceite y del trigo; más en todas ellas el poder de la moneda es igual. Sin embargo, en otros lugares tiene menos valor y en otras más, y es muy difícil saber cuando hay usura ó no en estos negocios.

Difficile est in unum omnes posse convenire. Lex 2, § deinde quia. Dig. de orig. jur.

Es muy difícil que todos puedan convenir en una sola cosa ó punto.

Digniora sunt praeponenda. Inst. de jur. nat. gent. et civil. § fi. et de bono poss. inst. § aliam verò.

Las cosas más dignas se han de preferir ó anteponer á las inferiores.

Dignum trahit ad se minus dignum. Cap. 2, de prae-bend. lib. 6.

Lo que es digno trae para sí al menos digno.

Dignitas et autoritas in republica servare debent. Lex 1, § secundo loco. Dig. de postuland.

La dignidad y la autoridad deben conservarse en la república.

Dignitatis contemptio ex conversatione aequali nascitur.